



Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrvm Misericordiæ Palativm

Variis Sacræ-Scriptvræ Locis, Atqve Septem misericordiæ operibus quasi
peristromatibus exornatum

Gazaeus, Nicolaus

Augustae Trevirorum, 1618

Quod hospitalitatis opera erga seipsum primo sint exercenda. ca-123 [i.e.
23]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54459](#)

ginem
dome
se da-
on me
lo, qui
tolorū
tiorem
milita-
ns) an-
nullas
exerit
is offi-
diuites
ongru-
o exci-
& tec-
a; verū
Etis so-
a deser-
ganorū
regrini-
re pro-
uijs ex-
ancilla-
uam al-
im con-
Quo

Quod si tanta humilitas & humanitas in In-
fidelibus reperiatur, nonne rubore suffun-
detur Christianus, qui id abnuit quod ex-
ercent Paganus?

Q V O D H O S P I T A L I -
T A T I S O P E R A E R G A S E I P -
S V M P R I M O S I N T E X -
C E N D A .

C A P V T X X I I I .

Coronidem huic operi daturus, restat
vt postquam vos ad Hospitalitatē er-
ga proximum exercēdam cohortatus sum,
vt vobis ipsis eam præbeat is admoneam, si-
quidē vt inquit Ecclesiæ latinæ iubar Aug.
Qui vult Eleemosynam facere ordinate, & se
debet incipere, & sibi illam facere. Par enim
est vt qui charitatis cœteris impēdit bene-
ficia, ijs, seipsum, & animam non defrau-
det. si ergo erga proximos hospitales sum,
summopere curare debemus vt animam
accuratē tanquam peregrinā excipiamus,
siquidem à Deo, cœlestis, non terrea creata
est. Nec abs re. Quemadmodum enim pau-
per homo suscepto Principe se proprio
priuat cubili vt honorificentius eum exci-
piat,

Y

piat,

piat, atque quiescat: ita corpus hoc mortale & corruptibile, animam summo cum honore ob excellētiā suam excipere debet. ideoq; ei sedulō ministrare. Videat igitur quanta eam iniuria afficiat qui peccatorum sordibus, lutoſisq; eam inquinat voluptatisbus Sancti Patres antequā se proximis hospitales p̄eberent, animæ sollicitam primum habebant, ne eam noxijs fecerent iniquitatibus, vt postmodum æterna fruſtū posset requie. Contemnebant eam obrenata temporalia, temporalibus cœleſtia praferentes, operibus virtutum animam pacientes, vt interiori homine bene disposito, melius, maiorique cum fructu, proximis in exterioribus operib⁹ deseruire possent. Sciebant enim hominem peregrinum esse, nobis habere in hoc ſeculo ciuitatem permanentem sed futuram inquirere, in qua feliciter gaudent statu, cum anima regreſſa fuerit vnde prodijt. Horum itaque exempli permoti, honesto in corpore, omniq; peracti labi immuni animam collocate, & postea maiori cum emolumento hospitalitate operam dabitis.

Verum nunquid contrarium paſſim fieri cernimus? Quot namq; sunt qui corpora ſplendidis adornant uestibus, delicati-

PARS SECUNDA. 115

misque pascunt ædulijs; animæ verò suæ, nullam vel exiguam curam gerunt. Quos stultis assimilare fas est, qui asinū in æburneo collocant cubili, filiam verò Regis in sterquilinio reclinant: Corpora, asini sunt, at anima summi est Regis filia. Hanc itaque spredo corpore honorifice reclinare decet, nec (ut tritum fert adagium) afflicta, magis affligenda est. Si quidem ipsa in hoc exilio vitæ, iniquitatibus aggrauata, omnis est expers consolationis. Iura itaque hospitalitatis violat, quisquis animæ consolationibus demptis, corporalibus insistit delicijs. Hinc & Bernardus rectè carnem ad monet, sedulam animæ habere curam, ut ipsa vicissim Deum roget, ut caro quæ suas spreuit delicias, gloriam, gloriæque incrementa habeat in futura requie. Denique mente peregrinorum illorum, qui ad æternam tendentes patriam nec dum soluti debitis, purgatorijs detinentur in locis, atque cremantur ignibus. Vestris orationibus, eos meliori locate in statu. Animam ergò ut decet excipite. Peregrinos, hospites recipite, animarum peregrinantium misericordia, quoadusque peregrinatione vitæ peracta, induatnisi virtute ex alto, & lumen æternæ gloriæ.

Y 2

DE